Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Mazoviæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;

Significamus præsentibus Litteris Nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum commendatas habeamus Nobilis Friderici Gottlieb Leonardi eximias animi dotes, Litterarum peritiam, in rebus agendis dexteritatem; visum Nobis est, ut ipsi Munus Consiliarij Commertij Nostri Regij daremus et Conferremus, prout quidem Damus et Conferimus, tituloq; Consiliarij Commertij Nostri Regij Insignimus præsentibus Litteris Nostris dantes et Concedentes eidem Nobili Friderico Gottlieb Leonardi plenam et omnimodam facultatem, potestatemq; omnibus Iuribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus, quibus cæteri Consiliarij Nostri Commertij de Legum præscripto et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno Iure gaudendi et uti fruendi. Quod omnibus quorum interest, Notum esse Volentes Mandamus, ut præfatum Nobilem Fridericum Gottlieb Leonardi, abhinc pro vero, legitimo et actuali Consiliario Commertij habeant, Nominent, et agnoscant, eiq; de loco, Iuribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi Curent pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo MDLti communiri Iussimus. Datum Varsaviæ Die XXXI. Mensis Octobris. Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex



Munus Consiliarij Commertij Sæ
Ræ Mtis Nobili Friderico Gottlieb
Leonardi confertur.

Vincentius Białopiotrowicz Venator
Lidensis Sæ Ræ Mttis S. MDL Secretarius

Pro-Cancellariatu
Illsmi et Exllmi Dni Joachimi
in Szczorse Ziembin et Wiszniew
Comitis Littawor
Chreptowicz
Pro-Cancellarii MDLe
Orsensis Zoslensis etc Capitanei
Sigillatum est in Actis

545